



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

eleſtatō amplius zelamus honorē, quāto clerū & populū eius deuotiores & firmiores ſumus experti, nē vnitatē eius aliqua ſciſſura corrumpat, ſi forſan hi ad quos electio ſpectat, nō potuerint cōuenire, præcipiat̄ eiſdē, vt in aliquos viros idoneos cōferant vota ſua, ad ſedem apoſtolicam accedentes, cum conſilio noſtro, qui ad eorum concordiam faciente Domino dabimus operā efficacem, vt perſonam idoneam ſibi eligant in prælatum.

## CAPVT XXV.

**H**anc inſerendā putauī decretalē epistolam, quia plena eſt rebus gerendis tum nunc geſtis. Taliter, vt meruit, de ſua dignitate Adolphus eſt eiectus, & Bruno Bunnensis præpoſitus in eius eſt locū ſurrogatus: qui à domino apoſtólico archiepiſcopatūſ inſignia ſuſcipiens, & cū Ottone quæ pacis ſunt ſentiens, in ciuitate q̄dem ſubditis ſuis præerat. Adolphus aut̄ vir nobilis magni generis, quæ foris ſuere, tenuit occupata. Erant qui poſteā pertentārūt animū ſummi pontificis, vt ad Adolphū denud̄ inclinaret, ſed non p̄ualuerunt: Decreta ille ſua cōſeruabat, ſcribens Ottoni regi in hæc verba: Innocentius ep̄ſcopus ſeruus ſeruorū Dei, chariſſimo in Chriſtō filio illuſtri regi Ottoni, in Romanū Imperatorē electo, Salutē & apoſtolicā benedictionē. Sinceræ intentionis affectū, quem circa promotionē regiā habuimus hætenus & habemus, explicare nos literis nō oportet, cū plenius hunc exponat affectus, & fidelius interpretentur mentem noſtram opera q̄ ſcripturæ. Sanè præter opinionem plurium & multorū conſilia, ſuſcepimus ab initio cauſam tuam, de cuius promotione omnes penè penitus deſperabant, & ſtuduimus efficaciter promoueri, nec te in articulo illo reliquimus, quo per obitū inſclytæ recordationis Richardi regis Anglorū auunculi tui videbaris



ab omnibus derelictus: licet enim non defuerant, qui multipliciter nos tentarent, ut muneribus & promissis nos a proposito tui fauoris auocarēt, nec prece tamen, nec precio, nec minis, nec alijs rebus poterant inflectere mentem nostram, quin de die in diem amplius in tua dilectione ferueret, & ad tuam exaltationē propensius aspiraret. Quauis autem neque qui plantat, neque qui irrigat, sit aliquid, sed qui incrementum dat Deus: gaudemus tamen in eo qui dat omnibus affluenter, quia ei, quod plantauimus & irrigauimus, incrementum benignus indulget: ita ut granum sinapis quod mulier in horto suo legitur seminasse, planta nostra in arborem magnam iam creuerit, in cuius ramis volucres caeli, dante Domino, in breui sedebūt, & sub cuius umbra bestiae terra quiescēt. Cum igitur Dominus dirigat gressus tuos, & firmet de die in diem amplius regnum tuū, monemus serenitatem regiam & exhortamur in Domino, quatenus cum tempus iam acceperis opportunum, opportunè ac importunè, vigilanter & incessanter insistas, ut bonum principium finis optimus subsequatur, & optatum comune desiderium nostrum sortiatur effectū. Foveas in dilectione ac deuotione tua principes, qui te fouēt: ut alios melius ad tuae serenitatis fauorem inducas: & dum tibi fauor arripidet, ad tuae promotionis prouectionem intendas, nec negligas in aliquo factū tuum, sed omni diligentia studeas promouere. Sanè speramus in eo qui est in se sperantium fortitudo, quod si denuò profeceris, sicut hoc anno diceris profecisse, non erit qui tuo profectui se opponat, vel diuinae dispositioni resistat. Datum Anagninae, XVII. Calen. Ianuarij, anno pontificatus nostri VI. Hec idcirco interponenda putauimus, ut summum pontificis Romani studium erga regem Saxonem agnoscamus.

CAPVT